



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

VI. Markgraf Woldemar vereignet Bürgern in Neu-Landsberg zwei Mühlen  
bei der Stadt, am 16. September 1308.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

indictione XIII., Epacta XXVIII., Concurrente V., XI Kalendarum Junii, per manum Iohannis, tunc Curie nostre Notarii.

Nach Gercken's Cod. II, 318.

VI. Markgraf Woldemar vereignet Bürgern in Neu-Landsberg zwei Mühlen bei der Stadt, am 16. September 1308.

Nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lufatie Marchio tutorque illustris principis Marchionis Iohannis, scire volumus tam presentibus quam futuris, quod discretis viris et prouidis Hinrico de Kulsterin et Gerardo de Berenwolde, ciuibus nostris in Landsbergk, proprietatem duorum molendinorum, que adjacent ciuitati Landesbergk predictae in vicino et immediate, pro triginta talentis Brandenburgensis denariorum vendidimus, et a nobis iusto emptionis titulo compararunt. Et predicti videlicet Hinricus et Gerhardus et eorum heredes predicta molendina absque pecunia perpetuo possidebunt. Cum vero illustris Marchio Iohannes noster patruus ad annos discretionis peruenerit, adiuuabimus et ordinarie tenemur, ut emptionem predictam ratam seruabit atque firmam. In cuius rei testimonium prefens scriptum dedimus nostri sigilli munimine roboratum. Testes sunt Dominus Wipertus de Barby, Dominus Iohannes de Marwiz, Dominus Sifridus Winningk, nostri milites, et alii quam plures testimonio fidei decorati. Datum Brunneke, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. VIII<sup>o</sup>. feria secunda post exaltationem sancte crucis.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. IV.

VII. Markgraf Johann verkauft dem Abte zu Colbaz und den Mönchen zu Greversdorf fünf Dörfer, am 30. November 1314.

In nomine Domini Amen. Quia sedentis in folio maiestatis in excelsis sunt deliciae in hac valle miserie etiam cum filiis hominum habitare, ut sedulis Secretariorum precibus exoratus misericordiam querentibus de pietatis sue habundantia copiosius largiatur; Nos igitur Iohannes, dei gratia Brandenburgensis, Misenenfis et Lufatie Marchio, recognoscimus et in publicam cupimus deuenire notitiam omnium per presentes, quod ad cultum sancti sui nominis ampliandum obque salutem animarum, nostre videlicet ac progenitorum filiorum heredum et successorum nostrorum, plena super hoc habita discretorum nostrorum deliberatione, dedimus et presentibus donamus nostra auctoritate qua fungimur honorabili viro Domino Henrico, Abbati de Colbaz, ordinis